

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois  
Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois  
Iulianu Logoi Deka**

**Julian <Römisches Reich, Kaiser>**

**Lipsiae, Anno MDCXCVI.**

Ad orationem VI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

## AD ORATIONEM VI.

**M**emit Orationis huius Libanius Orat. 10. Tomi secundi; vbi in ipsa contra Persas expeditione tam hanc, quam superiorem in honorem Matris Deorum, a Iuliano scriptam esse testatur, singulis noctibus singulas: δύο γενένθις τότε ἔδειξεν ἑργον μιᾶς ημέρας, μᾶλλον δὲ νυκτὸς ἐπάτερην. ὃν ὁ μὲν ἐπαλαξεν ἄνθρωπον, νόθον Ἀντισθένες μιμητὴν, ἀλογίσω θράσει τὸ πρᾶγμα ὀργόμενον. ὁ δὲ πολλά τε, καὶ παλὰ λέγει τοῖς τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν. Duas igitur (orationes) tunc edidit, unius opus diei, immo noctis, singulas: quarum altera certum hominem ferit, adulterinum Antisthenis imitatorem, qui professionem istam inconsiderata quadam audacia metiebatur; altera vero de Deorum matre multa & praeclara disputat. Quibus ex verbis orationis huius argumentum colligitur. Scripta est videlicet contra Cynicum, nescio quem, qui Diogenis in vicetu seueritate ac duritia damnata, delicias consectabatur & luxum.

Pag. 180. D. lin. 1. "Ανώ πολλῶν) Alludit ad Xeniadis, a quo emtus est Diogenes, dictum illud; cuius meminit Laertius in Diogene.

Pag. 181. A. lin. 2. καὶ ταῦτα Φεύ) ὁ Θεός per antonomasiā Sol. Vide eruditissimum Aleandrum in Heliaca Tabula. Hinc autem colligas, sub æstiuū solstitium & hanc & superiorem a Iuliano scriptam.

Ibid. A. lin. 3. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐδωδήν) Athenæus lib. 8. Διογένης ὁ κύων ὡρὸν πολύποδα παῖα φαγὼν, ἐπιθεμένης ἀύτῳ τῆς γαστρὸς ἀπέθανε. Diogenes Canis quum polypum crudum deuorasset, citata alio mortuus est. Laertius polypum quidem mortis illi caussam attulisse refert, sed eo quod, quum canibus illum eripere ac partiri vellet, eorum morsibus appetitus sit. Verba Diogenis: ἄλλοι φασὶ πολύπον κυσὶ συμμετίσασθαι βγλόμενον ἐτῷ δηχθῆναι Φεύ ποδὸς τὸν τένοντα, καὶ παῖα φέψαι. Interpres συμμετίσασθαι vertit partiri canibus; quasi diuidere vellet in canes. Sed est, participem esse cum canibus.

Ibid. A. lin. 11. ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκείνον Διογένης) Expungenda vox Ἀντισθένης. Huius porro historiæ Diogenis & Antisthenis meminit Laertius.

Ibid. B. lin. 8. τοῖς πείθεντος γυμνολέροις) Proverbium est hactenus, quod equidem nouerim, a Parcemiographis omissum. Eodem pertinet, quod κείνον de πλωχῷ dici refert Hesychius & Suidas. Quanquam aliter in Euangelio veritas ipsa; quæ lilia sic vestita esse dicit, ut ne Salomon quidem ita coopertus fuit.

Ibid. C. lin. 8. οἵς εἰ μὲν πείθεν) Forte πείθονται.

Pag. 183. A. lin. 9. Ἀρξάμεθα δέ) De hoc Sapientis dicto, *Nosce te ipsum*, vide Ciceronem lib. 5. de Finibus.

Pag. 184. B. lin. 10. Ἐπισήμη γὰρ οἱ Θεοί) Eadem apud Synesium leges initio libri de Insomniis.

Ibid. C. lin. 7.8. ὥσπερ γὰρ ή ἀλήθεια) Vide Lucianum in Hermotimo.

Ibid. D. lin. 7.8. παῖα τὸν Πύλιον γέροντα) Odyss. γ.

Ibid. 186. C. lin. 1. αἴτε γὰρ θρυλόμενα) Diogenes Laertius Philiscum Äginetam Diogenis Cynici discipulum tragœdiarum illarum facit auctorem, quibus Diogenis nomen erat inscriptum. Vide Suidam. Citatur ab Athenæo lib. 14. Diogenes Tragicus in Semele. Itaque pro Φιλίστι rescribendum hic est Φιλίστι. Quan-

Quanquam in sequenti oratione Φίλιππον vocat. De quo lepidam historiam referunt ii, quos nominaui, Laertius & Suidas.

Pag. 187. A. lin. 6. Φημὶ γὰρ δὴ τὴν Κυνικὴν ) Plato in Sympos.

Ibid. C. lin. 2. 3. τότε γένεν ἔοικεν Οἰνόματο ) Cynicus acer & insignis, a quo multa contra oraçula disputata apud Eutebium extant in libris de Præparat. Euangel.

Ibid. C. lin. 5. Λέγεσθαι μὲν γὰρ ) Vide Laertium, & Ciceronem lib. 3. de Orat.

Pag. 188. A. lin. 3. καὶ ταραχάρεξον τὸ νόμισμα ) Quod & facere ipsum hortatus est Delphicus dæmon, & reipla cum patre perfecit in patria; vnde & fugere coactus Athenas, ibidem philosophari instituit. Ab eo quod est ταραχάρεξον, paraccharaximum numum, aut signum, populari consuetudine dici auctor est Cassianus Collat. i. cap. 20. & Collat. 2. cap. 9.

Ibid. B. lin. 3. 4. Τὸ γὰρ, γνῶθι σεαυτόν ) Plutarchus de εἰ apud Delphos: οἱ μὲν γὰρ θεοὶ ἕκαστον ἡμῶν εὐλαύθα ωροσύνα οἷον ἀσταζόμενος τῷ σταγορέει τὸ, γνῶθι σεαυτόν. Deus unumquemque nostrum hic adeuntem velut salutans compellat his vocibus: *Nosce te ipsum.*

Pag. 195. B. lin. 7. αἰνήρ ἀπολιτικ, ἀοικ ) Cujasmodi sunt execrationes, & ἀράς Scenicæ, quas euenisse sibi Canis iste gloriari solebat. Laertius.

Pag. 198. C. lin. 4. 5. ὑπὸ τὴν Χάρου θεὸν ) Diogenes, ut refert Laertius, γαστρα Χάρου θεὸν ἐλεγε Θ βίσ.

Ibid. D. lin. vlt. 8 γὰρ ἐν τῶν μαζοφάγων ) Meminit Diogeniani huius dicti Porphyri. lib. 1. τοῖς διποχῆς.

Pag. 199. D. lin. 2. Μυημοσύνης καὶ Ζηνός ) Hi sunt Cratetis versus, quos ille, tanquam parodiam ad Solonis elegos accommodauit. Eosdem & sequenti Oratione repetit p. 213.

Pag. 200. D. lin. 3. Ἐπεὶ καὶ τῶν ταῦτων ) Virgilius lib. 3. Georg. 229

Ergo omni cura vires exercet, & inter  
230Dura iacet pernox infrato saxa cubili,  
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.  
Et tentat se se, atque irasci in cornua discit, &c.

## AD ORATIONEM VII.

**A**ltera hæc est contra Pseudocynicos oratio, & ex eo grege nebulonem quendam Heraclium: qui coram Iuliano, & ejus amicis, orationem habuerat, in qua de Diis parum prudenter ac religiose locutus videbatur; tum de Cynica professione quædam imperite iactauerat. Maxime vero Iouis atque Panos vocabulis abusus erat Cynicus ille, ut ex Iuliani verbis colligitur. Hæc loquacissimo & ineptissimo vanæ superstitionis patrono caussa fuit orationis huius elucubrandæ: cuius præcipuum argumentum est in explicanda origine, natura, & suæ fabulæ; quod de ea sermonem idem ille Cynicus instituerat.

Pag. 205. D. lin. 2. 3. τοξόται δέ ) Nam arundines, e quibus sagittæ siebant, in Creta, & in India præsertim, optimæ proueniunt. Plinius lib. 16. cap. 35. Theophrastus lib. 4. Hist. Plant. cap. 12. genus quoddam arundinis τοξινὸν appellat, idem ιρητινὸν nominari dicit.